Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36487
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

est humiliatos passionib; et afflictos. In aduentu uestro: Non
solum autem in aduentu eius sed etiam in solatio. Non solu quod desiderat
aduenit sed etiam quia illa nuntiauit propter quem eum exspectabam
maxime aduenisse. Quo consolatus est in nobis. Post luctu quem
p uobis nobiscum habebat. Referens nobis uestrum desiderium uestrum
fletum. Pro mea contristatione et quorundam peccatis. Vtram emu
latione p me. Quia uice mea emulati estis di emulatione pec
cantes. Sane tripler est emulatio. aut imitatio. aut imitationis
aut inuidie. aut de qua agitur in presenti. Ita ut magis gaudere
Quia non me correxistis sed etiam amplius profecistis. Quod et si contris
tati uos in epla non me penituit. et si penituerit uidens quod epla
illa. et si ad hora uos contristauit nunc gaudeo non quia contris
tati estis sed quia contristati estis ad penitentiam. Et si me peni
tuisset eo quod uos duriores corripuerim tamen ut fecit profectus
ut non me penitear. quasi dicat medicus. etiam si doluisset
mihi tam ardentissime usum esset cauterio. sed nunc gaudeo non quia
doluistis sed quia dolor ille uobis profuit ad salutem. Contristati
enim estis secundum deum. ut sed secundum seculum. Vt in nullo detrimentum pati
amini et nobis. Aut ura negligentia. aut uenientes uestrum ali
quem damnarem. Que enim secundum deum tristicia est. penitentiam
in salutem. Est enim penitentia diabolica. aut aduersa. salutem
si quis de bono opere forte penitear. Stabilem operatur. Stabilem
salutem. siue permanentem penitentiam. De peccatis enim peccare
non debemus esse sine metu. Seculi autem tristicia. mortem operatur:
Seculi autem tristicia est aut de amissis rebus propriis. aut de alienis
non inuasis non inuasis dolere et de alterius felicitate torqueri. Secun
dum dei tristicia est. siue sua. siue aliena. lugere commissa. Ecce enim
hoc ipsum secundum deum contristati uos. quantum in uobis operatur sollici
tudinem. Hoc ipsum quomodo factum est. poterat uos docere quod sit unum utrique
iustitia. sed defensionem. Excusationem in [illegible] greco ΑΠΟΛΟΓΙΑΝ
satis factionem pecunie dicit. Item. Non superbia aut contempti. sed
satis factionem. Quidam dicunt hoc loco. sed propositionem in latino